

ca 27. 62

CONCLVSIONES

EX VNIVERSA PHILO-
SOPHIA.

Quæstio disputanda.

*Num partes intensiæ, & extensiæ qualitatum earumque
motus, ratione tantum distinguuntur?*

P R A E E R I T P. G E O R G I V S C A B R A L,
E Societate IESV.

Tuebitur Pantaleon à Costa Ciabra integro Saturni die 17. Martij.



C O N I M B R I C A E.

*Ex Officina Didaci Gomez Loureyro Academia
Architypographi.*

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij, Anno 1607

C O N C L V S I O P R I M A .
E X L O G I C A .



Aturæ communes vniuersalitatis rationem non nisi intellectus beneficio sortiuntur, eärum distinctio ab inferioribus rationis est hoc tamen non impedit quominus eæ naturæ, quarū indiuidua sunt vera entia, reales entites iudicetur: ad earū ab indiuiduis abstractione m̄ tum agentis intellectus, tum phantasiæ concursus actius in specificis, nec non genericis positis impedimentis præ-requiritur, cætera namq; solus patiens intellectus abstrahere valet; abstractio tam en actualis, nec diuinitus à phantasia exerceri potest. Vniuersale respectuè sumptu verū genus, in quinq; vulgares species distribuitur; quarum definitiones, diuisiones, ac reliqua quæ communiter tradi solent defendemus. Prædicamenta denario coercentur numero. Quantitatatis essentia, quæ in illis secundum tenet locum, in extensione per ordinem ad locum collocanda; hæc per physicam diuisibilitatem aptè potest explicari.

C O N C L V S I O II .

Diuisiones signorū, ac definitiones, quæ vulgo docentur amplectimur. Bruta animantia signis ex insituto riti neque eunt, naturalibus vero non ita; eorū tamen ad significatū habitudinē nō percipiunt. Vtraq; relatio signi ex instituto. s. ad potentiam, & rem significatam est rationis: in signis naturalibus semper sunt reales cùm dantur conditiones requisite, excepta relatione signi instrumentalis ad potentiam, quæ sem per rationis est. Propositio rectè à Philosopho definitur, ac diuiditur, ea vero diuiso, quæ in affirmatiuam, & negatiuam (si de illa, quæ est simplex qualitas, sermo sit) est veri generis in species cœfenda. Demonstrationis, ac scientiæ definitiones aptè à Philosopho traduntur; vnico actu possumus toti demonstrationi assentiri, qui virtualiter discursus dicetur secus si vtraq; præmissa vnico actu à conclusione diuerso iudicetur.

E X P H Y S I C I S .

C O N C L V S I O III .

Rerum physicarum quatuor sunt principia, finale, s. efficiens, formale (ad quod exemplar renocatur) ac materiale; principij ratio, prout definitur, est id, à quo aliquid procedit, creatis; ^{incresto, sive} hoc sumatur ut est principiū diuininarum personarum, sive rerum creatarum, conuenit: hoc etiam si materialiter sumatur non est analogum, è contra vero si formaliter, vel fundamentaliter consideretur. Finale principium cum finali causa reciprocaatur; sine vlo reali influxu causat: eius causandi principium ab eius bonitate non distinguitur, cognitio item finis non nisi locum puræ conditionis obtinet. Efficiens est principium per se, extrinsecum tamen: in primum, & secundum, principale, & instrumentale, vniuocū, & æquiuocū diuiditur. Causalitas efficiētis cause est actio, cuius specificationem à principio formaliter sumpto, & à termino eodem modo sumi necesse est.

E X M E T A P H Y S I C A .

C O N C L V S I O IIII .

Sensus necessitate contrarietas, visus præcipue, eiusq; operatio à nobis diligitur, bi animalis naturam comittatur ut nullum sit animal, quod omnibus careat. Difficultas intelligendi res perfectissimæ entitatis solum prouenit ex imperfectione nostri intellectus in reliquis autem tam ex hoc capite, quam ex parte rerum. Non potest dari species impressa naturalis Deum clarè representans, potest tamen dari super naturalis intuitiua, non vero abstractiua. Prima substantia separata non ita distat ab intellectu creato, vt metaphysicam cognitionem per reram demonstrationem à posteriori effugiat, saltem quoad an est? Naturalis etiam Theologus possibiles esse substantias completas spirituales ostendit; de facto autem dari sola fides certò docet; quas quidditatib; in hac vita cognoscere non possumus: in his substantiis creatis tres solum potestiae reperiuntur, intellectus scilicet voluntas, & potentia motiva.

CONCLVSI O V.

Reale ens adequate diuiditur in ens in actu, & ens in potentia. Vnde creaturarum essentiae antequam producantur sunt verae entitates. Ab existentia modaliter distinguntur, sine qua in rerum natura manere, omnino impossibile. Ens in communi nullas habet proprietates reales: illi tamen a parte ei conueniunt tres rulgate, unitas, scilicet veritas, & bonitas. Ad prædicamentum substantie pertinet, in omnes completae preter Deum. Nulla supernaturalis creari potest, sicut nec nulla quæ inhaerere valeat. Subsistens creatura addit quemdam modum naturæ, qui immediata a producente egreditur. Hic alienam naturam terminare nequit, aliter vero dicendum de subsistens diuina sive relativa, sive absoluta. Natura quæ suppositata non potest denuo compleri. Posse diuinitus dari naturam per se subsistens completem, quæ tamen suppositum non sit probabilis indicamus. Solæ qualitates intenduntur remittuntur, Nisi vero partes qualitatum in tensiæ, & extensiæ earumque motus ratione tantum differant quæstio est pro parte affirmativa decidenda.

Ex libris de Cœlo.

CONCLVSI O VI.

Vniuersum hoc ex diuersis cohaescens corporibus absolute perfectum est, homo, & Angelus ipsius pretes nobiliores; Deus vero extra ipsius compositionem censemur ut pote eius conditor, & moderator. Posse Deum plures alios mundos condere in infinitum perfectiores probabilius ducimus. Cœlum quod est una e partibus non est substantia simplex, sed compositum physicum ex materia, & forma corporea: a suis lunaris non tantum secundum actum substantiam, sed etiam secundum potentiam essentialiter disidet. Eadem specifica differentia inter celestes orbes non reperitur, & si de materijs utrobiusq; opposita sententia defendamus. Omnis sphæra celestis corruptionis expers, primarum qualitatum, & colorum in se existit. Astra orbium quibus insunt continuæ partes densiores, si lunam excipiamus, quæ suo orbi tantummodo contigua est.

EX METEORIS.

CONCLVSI O VII.

Meteorologicarum impressionum materia duplex est, utraque diuiditur in proximam, & remotam, remota sunt terra, & aqua, proxima vapor & exhalatio; haec ab illis essentialiter non differunt, vapor enim est spiratio aquæ calida, humida; exhalatio autem est terræ balitus calidus, & siccus: aduentitia levitate in aëra feruntur, ibi q; varia exhibent meteora; principalis eorum causa efficiens est cœlum ipsiusque astra, instrumentalis vero potissima est calor. Læteus circulus in Aplane est, conflaturq; ex maxima minimarum stellarum multitudine, Sex genera impressionum in aere sunt ex rapore, Vorago, Hiatus, Area, seu Corona, Virgæ, Parelia, & Iris: haec ultima est arcus multicolor in nube rorida opaca, & concava ex radiorum jolis oppositi reflexione apparet oculis spectantium.

Ex libris de ortu & interitu.

CONCLVSI O VIII.

Accidetè diuiditur generatio in substantialem, & accidentalem, substantialis procedit a priuatione formæ substantialis ad formam in materia, accidentalis autem est accidentis productio cum dependencia a subiecto. Generatio substantialis formæ momento perficitur: hanc etiam dispositiones præuiæ effectu concursu attingunt, Terminus intrinsecus generationis est forma saltem prout est coniuncta cum substantiali ratione. Ultimatus tamen, ac præcipius semper est totum compositum. Generationes creature, quæ extra solitam naturæ legem edictæ sunt, cum illis, quæ ordinario more accident in eadem specie infima tanquam verae generationes conueniunt, & si quoad extrinsecas denominaciones discriminantur, Vtrum vero in cuiuslibet entis substantialis generatione admittenda sit resolutio usque ad materiam primam, pro utraque parte ventiletur.

Ex libris de anima, & Ethicis.

CONCLVSI O IX.

Rationalis anima non supernaturali lumine tantum spiritualis creditur, & immortalis, sed etiam hoc idem ratione physica demonstratur, quod tamen veram esse hominis formam minime tollit, per creationem a solo Deo esse sortitur; Vnde extra materiam per se coherere valet, immo quandiu est in corpore ab ipsa omnino independens censemur, proindeque è materie fini euocari prorsus implicat. Eius separatio a corpore tum in fieri, tum in facto esse non est ei naturalis, modum existendi, & operandi angelico per quam simillimum in eo statu sortitur. Num dari queat status homini connaturalis in quo sineulla dependentia a sensu intelligere possit? quæstio esse potest pro negativa parte diluenda. Naturalis hominis felicitas in animi operatione sita est, intellectuali, scilicet ac speculativa, licet etiæ practicas operationes intellectus, & voluntatis, secundum rectam rationem elicias saltem in obliquo includat.

Quæstioni satisfacit quinta Conclusio.

